

efficient plus, quām integrum, nempe  $\frac{1}{2}$ .  
 Quare sensus est, vt datus numerus distribua-  
 tur in tres partes, quæ easdem proportiones  
 inter se habeant, quas hæ minutiae  $\frac{1}{2}$ .  $\frac{1}{3}$ .  $\frac{1}{4}$ .  
 Quod vt fiat, inueniatur numerus à denomi-  
 natoribus numeratus. Minimus autem hic nu-  
 merus est 12. inuentus pereā, quæ cap. 10.  
 scripsimus. Ex hoc numero cape  $\frac{1}{2}$ . nempe  
 6. Item  $\frac{1}{3}$ . nempe 4. Item  $\frac{1}{4}$ . nempe 3. quas  
 partes simul adde, vt habeas 13. Dic ergo. Si  
 13. dant 304z. quid dabunt 6.4. & 3? vt hic cer-  
 nis.

$$13. \quad 3042. \quad \left\{ \begin{matrix} 6 \\ 4 \\ 3 \end{matrix} \right\} \text{ fiunt} \left\{ \begin{matrix} 1404. \text{ primi.} \\ 936. \text{ secundi.} \\ 702. \text{ tertij.} \end{matrix} \right\}$$

Examen ita fiet. Reduc datas minutias ad  
 eandem denominationem, vt ad  $\frac{6}{2}$ .  $\frac{4}{2}$ .  $\frac{3}{2}$ .  
 Habebunt enim hæ minutiae easdem propor-  
 tiones, quas numeratores habent. Easdem au-  
 tem habent tres numeri inuenti 1404. 936. 702.  
 vt patet.

23. Tres inuento loculo cum 1407. aur. ita  
 distributionem fecerunt. Primus accepit  $\frac{1}{2}$ . Quæst. 23.  
 secundus  $\frac{3}{5}$ . tertius  $\frac{8}{11}$ . quid ergo quisq; acce-  
 pit? Hic etiam sensus est, vt datus numerus in  
 tres partes secetur datis minutis propor-  
 tionales: alias impossibilis quæstio foret. Inuen-  
 to igitur, ex cap. 10. minimo numero 110. dictas  
 minutias continente, sume eius dimidium 55.  
 & tres quintas 66. & octo undecimas 80. easq;  
 in unam summam 201. collige, ac dic. Si 201.  
 dant 1407. quid dabunt 55. 66. & 80? vt hic ap-  
 pareat.